



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina  
Ecclesiae Oeconomia**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1611**

XXVI. De mandatis & legibus quas Christus suis domesticis præscripsit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

leges, & mandata vtilissima, diuini  
nostri legislatoris audiamus.

○ CAPVT VIGESIMVM  
SEXTVM.

*De mandatis & legibus quas Chri-  
stus suis domesticis præ-  
scripsit.*

**D**ubium non est, Ecclesiam Dei, &  
familiam Christi charitate fun-  
dari, & magis amore quam timore re-  
gi, cum S. Paulus apertè Christianis  
dicat, *Non accepistis spiritum seruitutis  
iterum in timore, sed accepistis spiritum  
adoptionis filiorum Dei.* Conueniens ta-  
me, imò & necessarium fuit, in ea le-  
ges aliquot figi & mandata dari, qui-  
bus boni dirigerètur, mali autem re-  
primerentur. Christus itaque suam fa-  
miliam instituens, ei quasdam leges  
& mādata præscripsit, sed eas paucas,  
& quæ simpliciter necessariæ erant ad  
acquirendam, & conseruandam grati-  
am, & bonos mores stabiliendos; Mi-  
nus autem necessarias iudicio Præla-  
torum, & Ecclesiæ rectorum conden-  
das

Rom. 8.

D. Th. 2.

2. q. 108.

1.

das reliquit.

In primis itaque baptismum ab omnibus suscipi voluit, dum ait, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabis in regnum caelorum.* Carnem suam manducari & sanguinem bibi iussit, cum dixit, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Poenitentiam agere istis verbis *Nisi poenitentiam egeritis omnes similiter peribitis.* Confessionem quoque fidei tempore necessitatis iniunxit, cum ait, *omnis qui confitetur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.* & è contra. Hæc & similia alia mandata ipse Christus edidit, ut Christiani in gratia Dei proficerent, & altiores radices agerent.

Mores autem pauculis verbis perfectissimè instruxit, *Omnia quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Sed quia dictum hoc ad legem naturalè referebat, quæ in aliquibus punctis obscuritatè patitur, summam eam in duobus præcipuis præceptis complectitur, inquit, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima*

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Luc. 13.

Matt. 10.

Matt. 7.

Matt. 22.

nima

nima tua, & in tota mente tua. Secundū autem est simile huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum: In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ quæ omnia paulo fusius in Decalogo, à Iudeorum falsa, & erronea interpretatione repurgato, & explicantur; quod ipsū etiā Christus præstitit in sermone suo in mōte, quā fusè refert Matth. 5, & 7. Periuriū Iudæi ex se malū fatebantur; Iuramentū autē, quia diuinū cultū inuoluebat, frequentandū asserebāt: Verū hoc falsum esse ostēdit Christus, & extra casū necessitatis iuramentū prohiberi docuit. Existimabant Iudæi solū actū exteriorē adulterij, aut homicidij vetari; non autē effectū, & interiorē quantumcūque deliberatum actum; hos enim quosdam naturæ motus esse asserebant, quod Christus reprobat, docens eum qui irascitur fratri reum esse iudicij; qui autem dicit Racha reum esse consilij; qui verò fatue, gehennæ. & addit, *Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eā, iam machatus est eam in corde suo.* Vltèrius, Dictum erat antiquis: Diliges proximum tuum; odio autem habebis inimicū.

Matth. c. 5,  
5, & 7.

D. Tho. 1.

2. q. 107.

2.

concupiscentia venustas.

si in iniuri interdictum.

inimicum tuum; quam clausulam Christus reprehendens subiungit. Ego autē dico vobis diligite inimicos vestros; benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Quibus verbis significatur, nullum unquam odio habendum; sed omnino benefaciendum, & necessitatis tempore succurrendum esse. Si autem proximus puniendus veniat, oportet id facere non appetitu vindictę sed zelo iustitię. Iudęi sibi licitū putabāt extraneis fenerari, Christus autē generaliter dicit, *Mutuum date nihil inde sperantes*. Atq; ita decē illa pcepta primitivo suo nitore restituit, ac vera interpretatione illustravit. Ut autem eorū excellentiam, utilitatēq; perspiciamus, quam directē, & efficaciter in virtutes nos dirigant, ac à vitijs diuertant videndū est: Quod cōmodissimē fieri potest, si eo ordine quo singula data sunt, singulorū obiecta cōtēplemur. Quod ad ordinē spectat, nota tria pcepta prioris tabulę Deū cōcernere, septem posterioris proximum.

*Vsura vetitia.*

Primum autē prioris tabulę mādātū *Prceptū* prohibet idololatriam, falsū Deorum *primum* cultum,

cultum, superstitiones omnes, diuinationes, magiani, incantationes, conuersiones, prestigia, hisque alia similia. Præcipit autem vnum verum Deum honorare, eique soli seruire, in ipsum credere, & sperare. Quæ omnia honorem Sanctorum & reliquiarum, cultumque imaginum non impediunt, & quo minus eos, eorumque preces, & intercessionem fiducialiter postulent faciunt: cum enim amici Dei sint, magna authoritate apud Deum pollent, & honor sanctis exhibitus in Deum ipsum redundat.

*Secundum* Secundum præceptum abusus nominis Dei vetat, Periurium scilicet, Blasphemiam, vanum iuramentum, siue per nomen Dei, siue per res sacras, siue per sanctos, aut creaturas quacunque in quibus gloria Dei relucet. E contrario autem iubet, linguam in Dei laudem soluere, legitimum iuramentum suo tempore præstare, & factis implere, Deo vouere, ac promissa reddere, res sacras & loca sacra venerari.

*Tertium* Tertium præceptum festorum celebritatem instituit, vt scilicet illis die-

diebus cultui diuino ; tam interius, quam exterius, modo infra dicendo vacemus : omnia itaque præcepta primæ tabulæ, nos dirigunt ad debitum Deo cultum corde, ore, & opere exhibendum, tam in publico, quam in priuato aliquo loco.

Nunc deinceps videamus quid septem sequentia mandata proximo faciendum præcipiant. *Quartum.* Quartum itaque præceptum, quod secundæ tabulæ primum est, lubet honorem & reuerentiam parentibus, Dominis, Magistris, & quibuscunque nobis prælatis exhibere, ijsque in omnibus, quæ legi diuinæ non aduersantur, vt supra tetigimus, obedire.

Quintum vitam proximi villo modo lædi verat, seu vulnerando, seu interimendo id fiat, tam per se, quam per aliam priuatam personam: Insuper omne odium, vindictam, similesque affectiones malas prohibet : Sed vice versa mansuetudinem, & benignitatem erga omnes docet, iniuriarum obliuisci, offensas condonare, vnicuique benefacere iubet. *Quintum.*

Sextum prohibet adulteria, fornicatio-

○

catio-

cationes, omnesque mulierum carna-  
les contactus extra matrimonij statu-  
Præterea omnes spurcicias carnis, &  
immunditias corporis, tam in se quàm  
in altero vetat. Ex aduerso autem ob-  
cet occasiones, alium vitare, & irrite-  
menta malorum præcauere, qualia  
sunt verba & cantiones lasciuæ, alpe-  
ctus & contactus inhonesti, choreæ  
impudicæ, familiaritas lubricorum,  
nimius esus, & potus, & his simili-  
Puritatem verò cordis & cogitationis,  
pudicitiam & modestiam in vestimentis,  
alijsq; circumstantijs obseruare monet.

*Septimū.*

Septimū ablationem rei alienæ, quæ  
furto, rapina, vsura, contractu illic-  
to, aliaue aliqua fraude fit, prohibet.  
Item bona Ecclesiastica Simoniacè  
confidenter, aut alio quouis illicito  
modo possidere vetat; Sed iubet in o-  
mni negotio regulam iustitiæ, quæ  
suū cuiq; tribuit, & proximi dānū qui-  
tū potest præcauet, seruari; imò proxi-  
mi vtilitatem promouere suadet.

*Octauum.*

Octauum proximi famam concernit,  
& prohibet omne falsum testimonium,  
& quicquid famam proximi intra vel  
extra iudiciū lædere potest. Murmu-  
ratio.



raciones, Detractiones, Maledicentiã  
vetat: interdicit quoq; ne proximo fal-  
sum crimẽ imponamus, sed vt de om-  
nib' benè loquamur monet, omnibus-  
que quantũ sine hypocrisi & simula-  
tione fieri potest, placere studeamus.  
Atq; hæc p̄cepta act' exteriores regu-  
lãt, duo sequẽtia & vltima interiores  
dirigũt, & cõcupiscentiã vxoris alte-  
rius, aut cuiuscunq; rei alienæ vetant:  
ac vt sincerã amicitia, & cordis affectũ  
optimũ erga singulos habeamus, ijsq;  
felicia ac prospera omnia in prece-  
mur, monet.

Nonum &  
Decimum.

Huc vsq; de legibus quas Christus *Aug. q.*  
familia suã præfixit: quã numero quã-  
dẽ decẽ sunt, si tamẽ benè ruminẽtur, *Exod.*  
omnia Dei mãdata in se cõplecti de-  
prehendẽtur, & ipsæ similiter sub du-  
obus illis p̄ceptis de amore Dei, & p-  
ximi, ex quibus vnũersa lex pendet &  
prophetæ, comprehenduntur. Quis er-  
go præstantiam horum mandatorum  
nõ videat? quis nõ aduertat, quomodo  
omnes actiones humanas interiores  
& exteriores ad se, ad proximum, ad  
Deũ dirigant? Verum non sufficit le-  
gislatori nostrõ harum legum tabulas

O 4

affi.

affixisse, sed insuper modum legem im-  
 plendi monstravit, & incitamenta  
 quibus eo proritetur insinuavit.  
 Quantum ad prius, monuit nos, ut quocun-  
 que facimus ad Dei honorem faciamus; non autem instar Pharisaeorum,  
 ut ab hominibus videamur: Iterum  
 ut amore potius filiali, quam timore  
 seruili, mandata eius & leges serue-  
 mus. Quantum ad posterius ait, *Qui  
 habet mandata mea & seruat ea, ille est  
 qui diligit me: Qui autem diligit me, dili-  
 getur a patre meo, & ego diligam eum, &  
 manifestabo ei meipsum.* Et ne quisquam  
 de difficultate praeceptorum conque-  
 ratur ait, *Iugum meum suauis est, & onus  
 meum leue.* Non erat tale iugum lex  
 Moysaica, sed insupportabile de quo  
 Petrus ait, *Quod neque Patres nostri, ne-  
 que nos portare potuimus:* De mandatis  
 vero nouae legis ait Ioannes, & *Man-  
 data eius grauiora non sunt.* Si autem man-  
 data eius grauiora non sunt, multo mi-  
 nus impossibilia erunt; nam ut ait  
 Conc. Tridentinum, *Deus impossibilia  
 non iubet, sed iubendo monet, & facere  
 quod possis, & petere quod non possis, &  
 adiuuat, ut possis.* Dicit Christus. *Petite*

*& accipietis, pulsate & aperietur vobis. Matth. II.  
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Reges quidem & Principes huius mundi cōdendarum legum potestatem habent, & vt rigidè obseruentur iubent: nequeunt tamen auxilia maximè interiora, & spiritualia quibus subditus ad seruandam legem moueatur præstare, vt Deus facit.*

Possumus itaque modo velimus Diuina gratia, eiusque auxilia nobis assistentibus, mandata Dei seruare, neque de eo rationes allegatæ amplius dubitare sinunt, ideoque Paul. dicit, *Omnia possunt in eo, qui me confortat.* Nullus itaque mādata Dei prætextu difficultatis, aut impossibilitatis reiiciat, aut se ab eorum obseruantia excuset: Sed obuijs vltis ea de manu Christi suscipiamus, nam ad virtutes nos ducūt, à vitijs retrahunt. Si tamen aliquis his dictis non sentiat se ad implendum Dei mandata impelli, is obligationē diuinorum præceptorum consideret, & simul modum quo se ab hac Obligatione expedire debet discat. De quibus sequenti capitulo agendum erit.